THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Entstehungsort unbestimmt, Mitte 15. Jh.

Seite 36r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35425
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

acquievit et occisus fuit. 2 Re 2.
Cum locis ezechie exhortati sunt
filii israel sed ipsi obstinati destruxe-
runt eos 2 Paral. 3. Sacius exhor-
tabatur daniel Nabuchodonosor
ut peccata sua redimeret elemosinis
sed nichil eis profuit Dan 4. Ex
hortaciones bonorum audientibus et se-
quentibus multum prosunt et bene acci-
dit eis Sicut bene accidit iacob
qui acquievit exhortacionibus
matris sue et benediccionem habuit Gen
20 Bene cessit fratribus ioseph
qui crediderunt exhortacionibus
ruben et iude ne interficerent Jo-
seph quia per eum postea ab inopia sunt
sublevati et exaltati Gen 37.
Servi naaman hortati sunt ut
crederent verbis helisei qui acquievit
in iordane se lavit et sanitatem
recepit. 4 Re 5 Thobie bene acci-
dit qui credidit exhortacionibus
raguel in colonis vivit et rediit
Tob. 6. Exhortacio bona quandoque
liberat hominem a morte Nam ex
hortacio quam fecit soror moysi
filie pharaonis mulier hebrea pro
nutriendo puerulo vocaretur liberavit
moysen a morte qui non submergebatur
egypciis Exo. 2. Bona exhor-
tacio quam fecit abigail ad david
liberavit nabal a morte ut dicitur
1 Re 25. Quia mardocheus
exhortatus hester ut rogaret regem

pro populo et populum a periculo eruit
ut evidentissime appareret He-
ster 4. Abymalech exhortatus
est zedechiam et liberavit Jeremiam
a carcere in quo morabatur Jere
39. Exhortacio bona laborem
et fatigacionem minuit et recrea-
cionem tribuit Nam per exhortacionem
quam fecit yetro moysi ut mi-
nores statueret et ipse multo la-
bore non se consumeret diminutus
est labor et fatigacio moysi Exo
18. Edificantes templum in ierusalem
de captivitate reversos hortaba-
bantur aggeus et zacharias
prophete recreabant eos in laboribus
suis Esdr 4. Desiderans nee-
mias edificare muros ierusalem
hortatus est optimates et magi-
stratos dicens Surgamus et edifica-
mus et allevatus est labor et con-
fortate sunt manus eorum in bono
Neemie 2. Exhortacio retra-
hit a peccato cum in proposito extiterit sic
exhortacio abigail ad david re-
traxit eum a peccato homicidii quod
conceperat facere 1 Re 25. Quamdiu
vixit yoiada qui exhortabatur
yoas regem iude tamdiu fuit
yoas bonus sed eo mortuo factus
est pessimus exhortacio enim illius
retrahebat eum a malo et postea
quando huius exhortatorem ivit in
omne peccatum ut habetur 2 Paral 24
et 4 Re 2. Ad exhortacionem